



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iudicium De Articulis Confessionis Fidei Anno M. D. XXX.
Caesar. M. Augustæ exhibitis, quatenus scilicet à
Catholicis admittendi sint aut reiiciendi**

Hoffmeister, Johann

Coloniæ, 1559

VD16 ZV 17723

De Confeßione Sacramentali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34289

ARTICVLVS XI.
DE CONFESSIōNE S.
cramentali Articulus
Vndecimus.

DE confessione docent, quod
absolutio priuata in Ecclesijs
retinenda sit, quanquam in confes-
sione non sit necessaria omniū deli-
ctorum enumeratio. Est enim im-
possibilis iuxta Psalmum, Delictum
quis intelligit?

F. Ioan. Hoff.



T hoc negotium qua possumus breuitate absolu-
mus. Confitentur enim
quod Absolutio priuata
in Ecclesijs retinenda sit,
quanquam in Confessio-
ne non sit necessaria omnium delictorum
enumeratio. Hæc non absurdè dicuntur.
Quis enim hoc saluberrimū Ecclesijs phar-
macum Ecclesijs ejiceret vele exterminaret?
Quis ad ignota & non occurrentia peccata
confidit?

ARTICVLVS XI.

confitenda aliquem adstringeret? Delicta
q̄s intelligit? ait Propheta. Ab occultis me-
is mūda me Domine. Amplectimur igitur
hūc articulum tāquām catholicum, quem
vtinam nūquām prostituissent cōtemptui
aduersarij nostri. Vulg⁹, vt est nouarū rerū
amans, & omnis iugi quantumuis commo-
di impatiens, facile persuasum est vt confi-
tēdi onus excuteret; at quomodo ad illud
recipiendum persuaderi possit, quis non
videt quātam difficultatem adferat? Et Ec-
clesiæ superiores (sic enim eas appellant
quos Zwinglius & Oecolāpa, inauspicatis.
plantarunt) in hunc vsque diem confiten-
di rationem porrō rident. Propterea & in
hoc negotio non habent Ecclesiam aduer-
santem, sed Zwinglij discipulos, ex quorū
ḡege est, qui non ita pridem scripsit, Quę
hodie dicuntur à quibusdam, inquit, in lau-
dem Confessionis eiusmodi, tanquām dis-
ciplinæ saluberrimę iuuentutis nō reijcio:
verum quia humana sunt, vereor quo tan-
dem sint exitura sunt parentes, quibus e-
quidem maiorem de liberis curam non vel-
lem ademptam: sunt Ludiliterarij, sunt in-
stitutiones in Templis pro pueris publice,
est & excommunicatio, & Magistratus est,

I

hec

ARTICVLVS XI.

hæc in populo Dei recte teneantur, & non erit oper reuocare quod semel eiectum est. Hactenus ille, qui quod tendat, facilè intellegas. Sed nolumus cum hoc homine in disputationem descendere. Breuiter, confessionem hanc sacramentalem, quam alij & priuatam & auricularem vocant, nos retinemus & approbamus, scientes quantum ipsa Ecclesiæ profuerit: nec ignorantes quantum nonnulli illa ipsa abusi fuerint, hic malitia, ille inscitia. Sed de hisfutura Synodus dispiciet. Constituant confessores, quos vocant, vitiæ sanctimonia & eruditione probati, quique; salute animarum nihil antiquius habent, & abundè reformata fuerit confessio.

DE POENITENTIA & Satisfactione Articulus duodecimus.

DE Pœnitentia docent, quod lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocunque tempore cum con-